Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in montem · qui regnum eius terreno animo requirebant.
Unde & alibi dicit · Regnum meum non est de mundo hoc.
Hec: etiam hoc nisi iohannes ipse commemorat · uolatu
quodam etheris supeminens terris · & gaudens luce so
lis iustitiae. Ab illo inde monte p' miraculum de · v · panib'
factum · cum isdem tb' paululum remorat' donec mare tran
sissent · quando ambulauit sup aquas. continuo sursum
se inuerbum dni attollit. Quam magnum · quam prolixum ·
quam diu supnum & excelsum · & ex occasione panis exor
tum · cum dixisset turbis · amen amen dico uobis · queri
tis me · non quia signa uidistis · sed quia edistis de panib'
& saciati estis · Operamini non cibum qui non pit · sed q
pmanet in uitam eternam · & inde iam talia diuinissima
atq: excellentissima. Tunc ab ista uerbi celsitudine ceciderunt
quip' eum deinceps non ambulauerunt. cui sane inhesitant
quipotuerunt intelligere · spe est q uiuificat · caro autem
nichil prodest · & spe solus prodest · caro autem sine spu
nichil prodest. Deinde suis frib' idest cognatis carnis
sue suggerentib' ut ascendat ad diem festum q possit
innotescere multitudini · quanta altitudine respondit
Temp' meum nondum aduenit · temp' autem urm semper est
paratum. Non potest mund' odisse uos · me autem odit.
quia ego testimonium phibeo de illo · quia opa eius mala sunt.
Hoc est ergo temp' urm semp est paratum · quia uos
diem istum concupiscitis · de quo ppha ait. Ego autem
non laboraui subsequens te domine · & diem hominis
non concupiui tu scis. Hoc est uolare ad lucem uerbi · & con
cupiscere illum diem quem uidere concupiuit abraham ·
& uidit & gauisus est. Inde iam ad diem festum cum